

mus Pontifex eorum onerat conscientias, cū
 non nisi idoneis soleat hanc auctoritatē cō-
 cedere, siue immediate alicui eam concedat,
 putā, concedendo alicui particulari personæ
 siue mediate concedat eam, putā, concedēdo
 illis religiosis, quos ad hoc sui promouerint
 Pręiati. Hoc patet clare, in. c. 1. de consang.
 & affinit. Vbi dicit Papa Alexander. 3. Abba-
 ti Cassien. cui concesserat q̄ ipse, & sui mo-
 nachi tractarent causas Matrimoniales, quod
 tamen de ōnibus monachis pręfati Abbatis
 intelligat ostendit, cū ibidē sic ait. Ceterum
 tuā prudentiam volumus non latere, q̄ non
 sunt cause Matrimonij tractandę per quos-
 libet; sed per iudices discretos, qui potesta-
 tē habeāt iudicandi; & statuta canonum non
 ignorēt. Hęc ille. Ex his verbis patet q̄ quā-
 do Papa aliquid mediate, l. immediate conce-
 dit, intelligitur cōcedere idoneis, ad tale of-
 ficiū, vt clara est. d. c. 1. supra allegati li-
 tera. Vbi declarat pręfato Abbati, q̄ facultas
 tractandi causas Matrimoniales [quā sibi, &
 suis monachis cōcessit] nō debet cōmitti, ni-
 si idoneis. Et qui sint in talibus idonei, ipse
 declarat dicens. Quod habeāt duo, scilicet
 potestatem, & peritiā canonum. Ipse vero